



M. ANTONII
SABELLICI,
RERUM VENETARUM
AB URBE CONDITA,
DECADIS SECUNDÆ,
LIBER VIII.



PAce terra marique parta, Tenedi restitutio aliquandiu rem Venetam sollicitam habuit. Præerat tum ipsi insulæ Joannes Mutatius, qui cum patriæ charitati aliquanto immoderatus indulgere perseverasset, fidem publicam pene in discrimen adduxit. Miserant Patres Panta-leonem Barbum, qui arcem Bonifacio Aimonis legato ex fœdere traderet. Aderat & Genuensium curator, ad hoc ipsum & ad stipendium præsidio solvendum missus. Mutatius auro, quod uterque attulerat, Veneto Ligurique

1381

Tenedi restitutio aliquandiu rem Venetam sollicitam habet.